animantē in prelia Rebe diu res ſi qua diu mortalibus
ulla eſt Viximus aut hodie uictor ſpolia illa cruenta Et
caput enee Referes lauſiq; dolorum Victor eris mecum
aut aperit ſi nulla uiam uis occumbes pariter neq; n
fortiſſime credo Iuſſa aliena pati & dnōs dignabere teucros.
Neq; A. gellij noſtri me teneat obliuio qui regem illū ma
cedonicum memorat proſequutum amore tanto equum
illū quo ipē unus poterat inſidere ut illius grā nobiliſ
ſimi opidi iecerit fundamenta qđ idē illius nomine in
ſignitum reliquerit. At alteram uero uirtutē ediſerit
Ariſtoteles habitum quemdam ēē qui nobis ex cetera
inſit ratione. Sed ut habitus iſte qui ſit detur intelligi.
Non erit ignorandum in anima tres recondi: paſſiones
.ſ. potencias & habitus. paſſiones habentur he: Concupi
ſcencia: Ira: Timor: Inuidia: gaudium: amicicia: hodium:
ceteraq; huiuſmōi. Potencie uero ille ſunt quibus paſ
ſibiles horum dicimur ut potentie ſecundum quas ad
iraſcendum potentes ſumus, timendum, uł miſerendū.
Habitus aūt illi ſunt ſecundum quos ad paſſiones habem̄:
nam ſi excandeſcas ira uehementer ſi etiam remiſſius exfer
bueris male id quidem erit ſi medie bene. hoc eſt Areo
phile qđ dixit Soſia tuus ille Terentianus Adprime
id arbitror in uita utile ēē ut nequid nimis horſum
tendunt hec omnia: ut neq; uicium neq; uirtus paupertaſ
dici poſſit: verum ſi inuicio uł uirtute ſiſtendam duxo